

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

**Harless, Adolf Gottlieb Christoph
Baruthi, MDCCXCII.**

VD18 13527622

Callistrati Scolion.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

"Οτε τὸν τύραννον ητανέτην,
Ισονόμος τ' Ἀθίνας ἐποιησάτην.
Φίλταθ' Ἀρμόδι', στὶ πε τέθυντας" 5

Nήσοις

sqq. in primis van Goens in *Miscellaneis obseruatt.* cap. V. vbi pag. 36—50. non solum historiam atque occasionem caedis, diuersasque variorum narrationes atque editiones carminis recenset; sed scolian quoque permultis criticis, grammaticis atque aestheticis animaduersionibus illustrat. A Fabricio B. Gr. tom. IV. pag. 58. sq. Lowthio, Goensio aliisque auctoritate Hesychii in voc. 'Αρμόδιος μέλος id carmen tribuitur *Callistrato*: at enim res nondum explorata mihi esse videtur: et num Hesychii testimoniūm vnicē valeat, nec alius antiquus poeta fuerit carminis auctor, adhuc haesito. Alcaeο quidem quominus secundum Aemilium Portum et alios vindicari possit, temporis ratio prohibet. adde Doruillii *van. criticam* cap. X. p. 478. Quisquis est auctor, ille voluit populares suos ad libertatis et patriae amorem tyrannidisque odium incitare, exemplo Harmodii atque Aristogitonis nobilissimo et decantatissimo ad carmen ornandum atque illuminandum vsus. Illi enim Hipparchum, ab hoc lacestisti, conspiratione facta inter adparatum siue Panathenaeorum siue alias festi temporis sollemniorem pugionibus, quos in myrti ramis, (v. Aristoph. *Lysistr.* 633. ibique schol. et de illorum vsu multus est Goens,) abdiderant, adorti obtruncarunt, Olymp. LXVI. *Corfin. fast. attic.* III. pag. 123 sq. Harmodius quidem ab ipsis tyranni satellitibus est interfactus, et Aristogiton a fuga retractus capitali supplicio fertur adfectus. v. *Herodot.* V. cap. 55 et 56. ibique *Valcken.* pag. 398. *Thucydid.* VI. cap. 54. sqq. adde *Aelian.* V. H. lib. XI. 8. ibique Kuhn et Perizon. Athenienses quidem post hanc caedem non statim libertatem recuperarunt, nec omnes ciues actutum ισόνομοι, paribus et aequalibus legibus gauisi, facti sunt. Nam Hippiae fratris tyrannidem tres, (secundum Thucydidem) aut quatuor, (secundum Herodotum, quos tamen bene conciliauit Wesseling ad Herodoti locum,) adhuc annos perferre sunt coacti. At quoniam Harmodii atque

Νήσοις δ' ἐν μακάρων σε Φασὶν εἶναι,
 "Ινα πέρ ποδώντης Ἀχιλεὺς,
 Τυδείδην τε Φασὶν Διομήδεα.
 "Ἐν μύρτῳ κλαδὶ τὸ Ξίφος φορήσω,
 10 "Ωσπερ Ἀρμόδιος κ' Ἀρισόγειτων,
 "Οτ' Ἀθηνᾶίς ἐν Θυσίας
 "Αὐδοε τύραννον Ἰππαρχον ἐκαινέτην.
 "Αεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται καὶ αἰαν,
 Φίλταθ' Ἀρμόδιε κ' Ἀρισόγειτον,
 15 "Οτι τὸν τύραννον κτάνετον
 "Ισονόμος τ' Ἀθῆνας ἐποιήσατον.

Aristogitonis caedes et interitus valde celebrabantur, cum Hippiae crudelitas tum vero istorum animus Athenienses incendere potuit ad tyrannidem quantocius tollendam. Atque Hippias tandem coactus est ex Attica discedere. Hinc poeta sibi visus est, eos tamquam vindices libertatis et qui ciuibus paria iura reddidissent, in entusiasmo videre atque praedicare. Illorum vero facinus et supplicia postea laudibus et honoribus valde celebrata in proverbiū quasi abierunt. v. Goens. pag. 41. sqq.

6. De insulis et loco beatorum v. notam cl. Degenii, et quae collegi in opusculis varii argumenti pag. 148. sqq.

PYTHA-



PYTHAGORAE AVREA CARMINA

Πυθαγόρας *).

*) De Pythagora, eius aetate, disciplina, philosophia, schola atque adseclis, de carm. aureis, editt. iisque, qui vario modo variaque fortuna de iis rebus scripserunt, in Introductione in hist. L. Gr. et ad Fabricii B. Gr. vol. 1. pag. 750. sqq. abunde disputauit. Hoc loco in primis commendare liceat magistris cel. Meinersii libr. Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom, Lemgou. 1781. 8. part. 1. pag. 178 — 602. et cel. Tiedemanni libr. Griechenlands erste Philosophen, Lipsiae 1780. 8. sect. IV. pag. 187 — 556. eiusdemque libr. Geist der spekulativischen Philosophie, part. 1. Marburgi 1791. 8. cap. V. pag. 67 — 138. Praecepta ipsa, quae nunc circumferuntur et *Pyth. aurea carmina* vocantur, partim ante illum fuerant nota, a Samio autem philosopho repetita suisque commendata, partim ex Pythagorae ore hausta; sed ab alio eius adsecla collecta versibusque expressa. Hinc cl. Glandorf, qui ea separatim edidit, vberimisque notis illustravit Lipsiae 1776. 8. pag. 112. inscripsit Τὰ τῶν Πυθαγορίων ἔπη τὰ χρυσά. In superiore edit. sequutus eram exemplar a Io. Ad. Schier, Lipsiae 1750. in 8. editum. Praeterea consulueram editionem Aldinam sine anno, 4. vbi carmina haec cum interpretatione interlineari addita sunt Constantini Lascaris Byzantini de octo partibus orationis libris: porro Wechelianam cum Cebetis Thebani tabula, Paris. 1537. tum Stephani Roetas Graecos principes etc. 1566. vbi P. II. pag. 466. reperiuntur haec carmina. Wechelius semper expressit lectionem Aldinam: Stephanus paucissimis in locis discedit. — Nec non Hieroclis commentar. in aurea haec carmina, ed. Curterii Londini 1654. porro, praeter Wintertonii poetas minores et alias vulgares, Salmassi notas in librum: Tabula Cebetis græce, arabice, latine, item